



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

60. Circulus Westphaliæ mutilatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1665. expeditur. Si votis discordes sint Principes, nec possunt tentati sensus coalescere, ceat Monasteriensi, suo ad alterutrum assensu, creare unitatem. Quæque de memoratis sedendi, scribendi que, & id genus plurimum, enucleatiùs omnia confecere. Ita *Christophorus Bernardus* isthoc *Dissertatione* tractatu, adnitente cumprimis opera *Westphalicæ*, viam stravit compositioni perpetuam quam post tot annorum contentiones, inaccessibili Provinciarum, Patriæ nostræ, letis Principes, Vere proximo, Clivis pacti

60.

*Circulus*  
*West-*  
*phalicæ*  
*mutila-*  
*tus.*

Jamque Circulo utiliter consultum de ejusdem redintegratione laborare cogit. Magnam enim partem præsens imprimis Circulum avulserat; nec præ tribus hisce Principibus ita quisquam læsus videbatur. *Westphalicam, Embricam, Resam, Orsoviium, Badericum, Gennepianam* arcem, ac fortissimum *Schenckianum* Clivæ Ducis Civitates, immunitataque, ac *Ravesteinium* Julicæ Principis oppidum, suis Batavi præfidiis infideliter occupaverunt. Ac præter hæc privatis sæpè incommodis accessitum se doluerat *Brandenburgi Marchionis*

*Principibus*  
*calcar*  
*vindictæ*  
*tionis.*

Et nuper à præfidiariis *Trajecti ad Mosam* ejectum è Castro *Leuth* militem suum *Cæsari* Regi Galliarum, sociisque Principibus cœlestis erat *Neo-Burgi Dux*, Decretum *Triumphantis Imperij, Cæsaris* jussu executus; imò eodem tempore Ministris, bonisque *Raveste-*

*Steinianis*, mandato Batavorum, manus injectæ 1665, erant. Ut sanè non tam publica Circuli, quam privata statûs cujusque commoda, judicaret *Christophorus Bernardus* imponere necessitatem sua vindicandi. Ne Castellum *Dylerianum*, *Lierorthum*, ipsamque *Embdam Contra* Orientalis Frisiz loca, à Batavis etiam infessa *Batavos*, tangamus, suam ipse *Borculoam* jam dudum repetebat. Et quanquam initio pariter animi Principum in idem propendere, inque belli societatem proclives visi sunt, nec modicum id armandi se *Christophoro Bernardo* calcar fuit, mihi tamen non satis compertum aut integrum erit dicere, quid postea causarum ab eo proposito mentes alienarint.

Interea *Carolus Magna Britannia Rex* 66. bello navali Unicum Belgium infestabat. Id *Fluctuat* *Francie* Monarcha perquam ægrè intuebatur; cui dum frequens illud tum *Ratisbonæ*, tum *Viennæ Christophori Bernardi* cum *Cæsare*, & *Hispani Regis Legato* commercium, qui que tunc scintillabant, conatus suspecti erant, vel idcirco *Confœderatis* etiam Principibus afferebant authorem esse, ne quis *Monasteriensi* suppetias ferret contra *Remp. Batavorum*. Inter eam undequaque difficultatem diu vacillabat *Christophorus Bernardus*, *Rationes* capiendâ-ne arma, an animus ultor ponendus esset. Hoc suadebat potentia *Reip. Resuade-* *gibus* etiam formidabilis; sociorum tergibant.